

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theol. D. & Prof. ...  
Ad Exsequias Quas Iuveni, Pio & docto. Johanni Huttemanno, Ph. & S. Th. Stud.  
Miserabili casu extincto Dnn. Populares paratas cupiunt Omnes omnium ordinum  
Cives Acad. ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771562683>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,  
in J. Huttemann.

Rost. 1650.

30.







53.

RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN,  
S.S. Theol. D. & Prof. ac Facul-  
tatis Senior

*Ad Exsequias  
Quas*

Juveni, Pio & docto.

JOHANNI HUTTEMANNO,

Ph. & S. Th. Stud.

Miserabili casu extincto

Dnn. Populares

paratas cupiunt

*Omnes omnium ordinum Cives Acad. in Aedem*

*Marianam ad horam primam, seculo  
invitat.*



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1650



Eq; novum est, neq;  
rarum, multa in præliis  
millia maçtari: nec fieri  
fortè aliter potest. Victo-  
ria enim raro obvenit,  
nisi acies una alteram vel  
funditus debeat, vel long-  
gissime fuget, vel in an-  
gustiis ad deditiõnem cogat. Piratæ etiam tri-  
remibus interceptis mercatores in mare præci-  
pitant, ut impositas merces auferant: Latro via-  
torem trucidat, ut spoliis potiatur: neq; illos ve-  
ro neq; hos deterret supplicij metus, qui tamen  
talia patrantibus perpetuum imminet eosq;  
quotidie conscientia teste accusat juxta poetam  
suo seculo Romanis aliisq; Gentibus verè Pro-  
phetam qui Sat. XIII, cujusvis memoriæ impri-  
menda hæc reliquit.

— cur tamen hostis

*Eva fuisse putes quos diri conscia facti  
mens habet attonitos. Et cæco verberè cædit  
Occultum quatiente animo terrore flagellum?  
Pena autem vehemens Et multo sævior illis,*

*quas*

quas aut Caditius gravis invenit, aut Rhadaman-  
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. (tus,

Sæpe etiam Cives eadem in Urbe ad manus ve-  
niunt publicè & privatim ortis motibus, ex levi  
offensa, ubi tamen quisq; se insigni laceffitum-  
injuriâ clamat. Tanti enim unumquodq; est,  
quanti ab altero æstimatur. Affectus certe, omnis  
generis incrementa sumunt, nisi ab initio com-  
pescantur, quemadmodum scintilla, nisi subito  
extinguatur, grave infert Civitati, aut certè mul-  
tis civibus exitiosum incendium. Atq; hoc qui-  
dem fieri, inter Cives in ipso orio multaq; pace  
videntes, grave est: & hoc nomine multo gra-  
vius, quod si quid dissidij oriatur, ad arbitros, ad  
leges, ad judices confugere nemini non licet, &  
jubemur omnes.

Verum multo est gravius, multoq; tristius, quo  
sanè tetrius nihil dici potest, hæc eadem fieri in  
Civitatum augustissimâ *Academiam* puto. Si La-  
phitæ si Turcæ, si Tartari & quævis gens his ipsis,  
ut ita dicam, barbarior, talia designaret, detesta-  
remur, scio graviter, diceremus esse prorsus bar-  
barum nec forte nostrum quis negaret. Sed om-  
nem illam immanitatem longe superant, quot-  
quot è nostris humanitatem quandam præ se fe-  
runt, quotquot se studia sapientiæ, & omnis mo-  
destiæ colere profitentur, & tamen non saltim-

ad eundem, sed & supra eundem modum sævi-  
unt. Pudet profectò, impræsentiarum quorun-  
dam carcinomatum, hic recensere flagitia. Ob-  
stupeſco, ad multorum non amplius barbaram,  
non amplius belluinam, sed prorsus jam Satha-  
nicam, prorsusq; diabolicam vitam horresco  
penitus, cum unius duntaxat decennij, vestras  
mecum rumino, mihiq; soli recito immanita-  
tes, vestras scurrilitates propter varietatem faci-  
norum terribissimam mihi ineffabiles. Labascit  
animus cum calamo, meditati vestras injurias,  
quibus Academiam hanc vestramq; Nobilita-  
tem quàm contumeliosissime affecistis, Qui non  
solum vosmet ipsos detruditis ad hujus futuræq;  
vitæ, miseriam nunquam satis deplorandam;  
sed & alios vestro contagio afflatos, alioquin bo-  
nos, probos, insontes animos vobiscum ad æter-  
nam perniciem trahitis, rapitis.

Vos autem cælitus nobis concessæ animulæ qui-  
bus de meliore luto finxit præcordia Titan, Vos  
omnis pietatis, modestiæ, verecundiæ, Amicitia,  
justitiæ, sapientiæ, omnium virtutum omnisq;  
sanctimoniæ, viva templa, qui veri & sinceri  
**STUDIOSI** nomen, ipso opere declaratis, qui  
consortio sano, & exemplis saluberrimis, non  
uni vestrorum commilitonum viam ad beatitu-  
dinem præitis, Vos estis quos intimius amamus,

1010

toto animo amplectimur & ætænum amplectemur. Cæli estis, non soli Filij, quorum nomina album Angelorum continet. Ex vestro numero perhibetur & creditur fuisse, bonus atq; pientissimus noster defunctus JOHANNES HUTTEMANNUS philosophiæ & Theolog. juvenis studiosissimus, cujus ΕΑΕΕΙΝΟΝ ΣΥΜΒΑΝ h. e. casum miserabilem, uberrimis lachrimis hodie deflet *Academia Rostochiana*. Hic postquam ANNO clc lcc XXV. in Comitatu Oldenburgico hujus lucis & crucis miseriam vidit, statim pro pia Parentum sententia, sacro Baptismatis fonte lotus & Ecclesiæ Christi datus est. Patrem coluit Virum, Integritate & honestate vitæ conspicuum D N. N N. HUTTEMANNUM, Illustrissimo Comiti Oldenburgico quondam à quæstura. Hujus Viri fama incontaminata, ab non uno teste, in prædicto Comitatu, hodiernum celebratur. Hic Parens, filium suum piis moribus & studiis honestis imbui, à prima pueritia, sedulo curavit: illico namq; cum ingenium ad capessenda studia maturuisse, animadvertisset, filium misit JEVERAM ubi pauci temporis spatio, tantos ostendit profectus, ut à Dnn. Præceptoribus, aliisq; ingeniorum æstimatoribus, dignus judicaretur, qui ad Nobile Gedanensium

sum Gymnasium pedem moveret, in quo cum aliquamdiu non sine laude se solertem dedisset, Polniam commigravit, strenuum Philosophocultorem, plurimis se comprobans. Inde ad hanc nostram Academiam, quæ eheu! eheu! isti charo capiti funesta contigit, se conferre constituit, instructus commendatione, VIRI Amplissimi & Consultissimi DN. CONRADI BALTHASARIS PICHTHELII, J. U. D. & Illustrissimi Comitum Oldenburgici, Consiliarij & Prætoris pupillaris meritissimi, ad M E h. t. Rectorem, & ANNO cdo Ioc XLIX. die XIIII. Aprilis eandem salutavit. Ex hoc tempore quanta sedulitate studiis suis invigilaverit, & ad probatissimos autores, quos diurna nocturnaq; manu versabat, in palluerit, notum est plurimis, & præcæteris viris Clariss. DN. M. JOHANNI HEMPELIO, & M. ELIÆ SIGISMUNDO REINHARDI, sub quorum vexillis haud segniter militavit. In animo quoq; volvebat suæ eruditionis quoddam specimen edere, & Disputationem de ANIMA Eruditorum ex animi subijcere, quam etiamnum arca servat. Honestis hisce meditationibus occupatus, probus piusq; noster. HUTTE MANNUS ad symposium quorundam Musicorum quorum operâ in diebus festis

Ædes

Ædes Petrina, uſa aliquoties fuerat, & propterea ejusdem Antifticum liberalitate paratum. (hic enim mos nobis eſt pro dolor! ut omnium fere actionum noſtrarum initium & finis ſit. *καὶ τὰς τῶν οὐκ*) forte inter alios invitatur & ad ſerum meridiam tandem ante portam Petrinam comparuit, ubi à quibusdam bene potis ruſticis circa ſeptimam veſperinam tumultus eſt excitatus, cui, cum implicitos eſſe quosdam hujus convivij muſici conſortes, & ingentibus ſuſtibus ſar ruſtice male mutilatos animadvertit noſter, accurrit animo placandi implacabiles & malè ſanos ruſticos; ſed dolor heu! ita ruſticorum ſuſtibus eſt exceptus, ut horà ſequenti nocturnà primà, quà fortè cæteri convivij crapulam nondum exhalaffent, ille miſer animam exhalare coactus fuerit. Ebrietatis ſigna in defuncto nulla prorfus fuere, antea cæta ejus vita talis fuit, qualis hominem Chriſtianum maxime decuit. Ex his fatalis ejus terminus nobis eſt dijudicandus. Nulli autem dubitamus, quin hæc pia anima, Servatori ſuo JESU CHRISTO conſtanti fide innixa, è corpusculo ſtatim emigrarit ad æterna omnium beatorum gaudia.

Vos qui ſuper eſtis, ſtudioſi Juvenes, & videtis, quid in hoc virente factum ſit cogitate, rogo Vos per ſalutem veſtram tam hanc quam ſubſequenturam,

turam, cogitate, quid de non paucis tandem futu-  
rū sit aridis. Quidam vestrum qui vix ex ephēbis  
excesserūt, miselli homunciones, insulsi insuper  
ac rudes, quas non dant tragædias, cum noctur-  
nis horis gladiis strictis rugitu & boatu insolito  
innocentiam lapidum ædiumq; divexant, sæpe  
miserabiliter incidunt, in manus RUSTICORUM,  
hoc est, non considerantium quis vel undesis.  
Sed quid dicemus de Rusticis, cum designentur  
inter vosmet invicem, ea quæ de Rusticis vel  
nunquam vel raro audiuntur.

Vos autem ad meliora nati, quibus lævæ sub  
parte mamillæ adhuc aliquid honesti salit, Vos,  
cæteris, quibus *μετένοιαν* ex animo precamur, gra-  
viter viam salutis præite & huic vestro commili-  
tori, tam miserè rustico ictu extincto, ultimum  
humanitatis officium præstate, atq; ejus exequias  
frequentes ite. Reliqua, Academiæ nostræ o-  
mnium ordinum spectatissima membra, scio,  
huic nostro petito non deerunt. VALETE  
& Circumspectè agite.

P, P, XXIX, Maij Anno clj lxx L.











Ædes Petrina, usa aliquoties fu-  
rea ejusdem Antistitum liber-  
(hic enim mos nobis est proh-  
um fere actionum nostrarum i  
*καὶ τὰ τῶν οὐρίσ*) forte inter alios invi-  
meridiam tandem ante portam  
paruit, ubi à quibusdam ben-  
ca septimam vespertinam tu-  
tus, cui, cum implicitos esse qu-  
vivij musici consortes, & inger-  
rustice male mutilatos animad-  
currit animo placandi impla-  
nos rusticos; sed dolor heu!  
stibus est exceptus, ut hora s-  
primà, quà fortè cæteri convi-  
dum exhalassent, ille miser  
coactus fuerit. Ebrietatis signa  
prorsus fuere, antea cta ejus vit-  
hominem Christianum maxime  
fatalis ejus terminus nobis  
Nulli autem dubitamus, qui  
Servatori suo JESU CHR-  
fide innixa, è corpusculo sta-  
æterna omnium beatorum ga-  
Vos qui superestis, studiosi Ju-  
quid in hoc virente factum sit  
per salutem vestram tam han-

propte-  
ratum.  
t omni-  
finis sic  
serum.  
m com-  
ticipis cir-  
excita-  
us con-  
tibus fat-  
ter, ac-  
malè sa-  
rum su-  
octurnà  
m non-  
thalare  
to nulla  
, qualis  
Ex his  
candus,  
anima,  
onstanti  
rarit ad  
videtis,  
ogo Vos  
bsequi-  
turam,

